



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 123. Atrebatum a Rege petitum atque obtentum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. bus masculis ad Franciam devolveretur,  
 A.C 1477. Galliarum Regibus restitutas fuisse.

## §. CXXIII.

*Atrebatum a Rege petatum atque  
 obtentum.*

Confista hæc opinio firmius infedit  
 Flandrorum animis. Præterea eis-  
 dem Ducissa in mandatis dederat, nulli  
 parcerent labori, ut firmatis cum Del-  
 phino nuptiis ipsa Delphinæ honorem  
 consequeretur. Hanc ob rem iterato  
 Regem rogabant, ut mentem suam ver-  
 bis magis perspicuis explicaret; cum  
 vero Ludovicus Atrebatensem urbem,  
 cujus Gubernator erat Cordæus, sibi  
 tradi peteret, respondebant illi, ante  
 omnia civium animos ad Gallorum amo-  
 rem scite inclinandos esse, seque huic rei  
 promptam daturus operam, ipsamque  
 Ducissam inducturos, ut ibidem Sena-  
 tum ex Viris Franciæ studiosis atque ad-  
 dictis compositum stabiliret. Præterea  
 ut Ludovici votis satisfacerent, eumque  
 de datæ fidei veritate convincerent,  
 a Ducissa scriptam, ejusque sigillo muni-  
 tam exhibebant epistolam, in qua ipsa pol-  
 licetur, quod cum Francia amicitiae fœ-  
 dus inire, ac Senatum instituere velit,  
 qui nonnisi ex quatuor viris cunctis Gal-  
 licæ Nationi impense addictis composi-  
 tus



tus esset. Nominabat autem illa Burgun-  
 diæ Ducissam ejus Novercam, Ravenstei-  
 ni illius Patrum, Hugonectum Can-  
 cellarium, & Imbercurtium. Tunc pri-  
 mum Regis consilio omnis collusit even-  
 tus. Quippe Flandri excepto Crepicor-  
 dio, qui adhucdum apud Regem perman-  
 nebat, Gandavum, ubi Maria de Bur-  
 gundia agebat, revertebantur, ac Ducif-  
 sam inducebant, ut Ludovico XI. Atre-  
 batensem civitatem traderet. Mox Cre-  
 picordius Atrebatum contendit, ut Lu-  
 danum cum valido præsidio in urbem in-  
 troduceret, ac demum ad Regem rediret.  
 Post hæc nonnisi de firma civitatis posses-  
 sione agebatur; cum enim illam Ludanus  
 graviter exactionibus premeret, vere-  
 bantur cives, ne itidem pari tyrannide ve-  
 xarentur, hinc Duacenses in auxilium  
 vocabant, ut sese adversus Gallorum vio-  
 lentiam tuerentur. Attamen hæc copiæ,  
 cum iter ad urbem agerent, cæsæ fuga-  
 tæque fuerunt, ipse quoque Vergius, qui  
 eis imperabat, captus, in angustum ac  
 tenebrosum carcerem coniectus est, ex  
 quo nonnisi ad Ludovici XI. partes trans-  
 eundo ereptus fuit, ipsa ejus Matre filium  
 ad hoc sollicitante; cum illa omni alio  
 libertatem ejus redimendi medio desti-  
 tuta esset.

Sæcul. XV.  
 A.C. 1477.

*Du Lude.*